

De figuris lapidum, &c.

cij futuri fundamenta iacente inuen-
tum, vnà cum cornu maximo, quod
pleriq; Monocerotis esse putarūt: sed
crassities & figura eius curua obstāt.

Linguae si-
milis.

Glossopetrā dictū lapidem (Glot-
tidem Cardanus nominat sine autho-
re) alij hominis, vt Plinius, alij alterius
animalis linguae comparant: alij den-
ti piscis Lamiae.

Cordi simi-
les.

Encardia cognominatur & Cardi-
sce: vna in qua nigra effigies cordis e-
minet. altera eodē nomine, viridi co-
lore, cordis speciem repræsentat. Ter-
tia nigrū cor ostendit, reliqua sui par-
te (ambiente, Agricola) candida, Pli-
nius. Telicardios colore cordis Per-
sas apud quos gignitur, magnopere
delectat, Maculamq; appellant, Idē.

Hepatites.

Hepatites à iocinere nomē habet,
Plinius.

Enorchis.

Enorchis candida est: diuisaq; fra-
gmentis testium effigiem repræsentat,
Plinius. Agricola Germanicè inter-
pretatur Hodenstein. Figuram eius re-
peries